

1573. d. 7. Decembri

Ex. MS.

359

361

96

Tandem ad vos venit Rex tot vobis expectatus,
et tandem à vobis expectatus. Vitriaci volendixit Fratri Regi,
qui ibi ex morbillis decumbebat: haecit Nanca totos octo
diebus quæ res male habuit. Legatos Polonicos, qui inceperant,
et ejus adventum in Urbe Metensi expectabant. Discessit
Nanca 24. die Junonis Mensis, deducebatur à Matre,
Fratre, alconio, Laungie Prince et plenisq; Procibus Gallis.
Constituerat iter facere per urbem Metensem: sed audio
mutatam esse illud Consilium: recta igitur progressus est
ad Fines Imperij: ubi Cornisani Imperatoris et Ordinum
Imperij eum exceperunt in patentibus Campis, cum clangore
tabacum et Ceremonijs solitis. Putamus venisse eum
ad ripam Rheni ante quatuor aut quinque dies: Corni-
tator eum Princeps Condus, Dux Nivernensis, Dux
Cenomanum, marchio Dalboius, Marschallus Reans
et plures alij Nobiles. — Est hic nobilis Polonus missus
à Rege ad Imperatorem et Regem Hungarie, ut eos ad
inaugurationis Celebritatem invitet. Cras aut perendie
dimittetur ab Imperatore, et recta Cracoviam contendet.
Vienna 7. Decembri 1573.

